



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum**

**Heser, Georg**

**Monachii, 1657**

Ad secundam horam. De peccatis remittendis, & non remittendis.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

CONSIDERATIONES

PRO SEX ILLIS HORIS,

QUÆ SINGVLIS QUADRI-

ennijs annum efficiunt

Bissextilem.

AD I. HORAM.

Quatuor Væ à Christo Domino  
intentata.

I. VÆ vobis divitibus, quia habetis con-  
solationem vestram. *Luc. 6. v. 24.*

II. Væ vobis, qui saturati estis: quia esu-  
rietis. *Luc. 6. v. 25.*

III. Væ vobis, qui ridetis nunc: quia  
lugebitis & flebitis. *Luc. 6. v. 25.*

IV. Væ cum benedixerint vobis homi-  
nes: secundum hæc enim faciebant pseudo-  
prophetis patres eorum. *Luc. 6. v. 26.*

AD II. HORAM.

De peccatis remittendis, & non  
remittendis.

I. O Mne peccatum & blasphemia remit-  
tetur hominibus: spiritus autem bla-  
sphemia non remittetur. *Matth. 12. v. 31.*  
*Marc. 3. v. 28. & 29.*

II. Qui-

334 CONSIDERATIONES

II. Quicumque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: *Matth. 12. v. 32. Luc. 12. v. 10.*

III. Qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro, *Matth. 12. v. 32. Luc. 12. v. 10.* sed reus erit æterni delicti. *Marc. 3. v. 29.*

IV. Aut facite arborem bonam, & fructum ejus bonum: aut facite arborem malam, & fructum ejus malum: siquidem ex fructu arbor agnoscitur. *Matth. 12. v. 33.*

AD III. HORAM.

*De multitudine reproborum, & paucitate salvandorum.*

I. **I**trate per angustam portam: quia lata porta, & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem. *Matth. 7. v. 13.*

II. Et multi sunt, qui intrant per eam. *Matth. l. c.*

III. Quàm angusta porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitam! *Matth. 7. v. 14.*

IV. Et pauci sunt, qui inveniunt eam. *Matth. l. c.*

Epi-